

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthias Stein

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Matthias Stein/ U.I.D. & Cod.
Professor Publ. a Bacchanaliorum Impietate ad Passionem & mortem Domini ac
Salvatoris nostri Jesu Christi, pie atque sobrie meditandam Omnes Omnium
Ordinum Cives Academicos ea, qua decet, Humanitate invitat, & hortatur : [P.P.
Dom Quinqu. A. 1656. Sub Sigillo Rectorali]**

Rostochii: Wepplingius, [ca. 1700]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn734943628>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1656 A
✓ Rector et Concilium.
✓ Matthias Stein.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734943628/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734943628/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
MATTHIAS Stein
u.J.D. & Cod. Professor & ubl.

BACCHANALIORUM Impietate
ad
Passionem & mortem Domini
ac Salvatoris nostri
JESU CHRISTI,
piè atque sobriè meditandam

Omnes Omnia Ordinum Cives Academitos
eā, quā decet, Humanitate invitat,
& hortatur.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



Acchatalia, impium illud & satis famosum festum,
quod incredulæ, & à verâ veri Dei notitiâ, veroq[ue]
eum colendi modo remotæ, contra verò Diaboli
laqueis irretitæ gentes hoc potissimum tempore
verâ πολλαὶ Ρωμαιοὶ celebrabant, à Baccho suo
& nomen & ortum trahere, q[uo]d ignorat? No-
men Bacchi unde dicitur, disqviritur apud Philolo-
gos; alii enim δὲ τὸ βαῖνον, quod loqui significat, deducunt, hâc ra-
tione suffulti, q[uo]d Bacchi Sectatores communiter volubilis lingvæ
& maximè loquaces esse solent, iuxta illud Horatii Epist: Lib. i Epist. 5.
ad Torqvatum: *Quid non Ebrietas designat opera re ludat,*
& iterum: *Fæundi calices quem non fecere disertum?*

Neque à vulgari & consuetâ loqvendi ratione eum ita dictum volunt,
sed à vehementissimo, planè incondito clamore, ululatu & vocife-
ratione, q[uo]d bacchantes uti solent. Burcard. Pylades Brixianus hâc
de re ita loquitur: *Theogon. L. 2. p. m. 305.*

At Battē Bacchūm, & grājī dīxēre Babattē.

Clamorem βαῖνον quod sua lingua notes.

Nam madidi vino magnos efferre tumultus,

Bacchantesq[ue] solent sapē vocare Deum.

Alii δὲ τὸ βαῖνον hoc vocabulum, Bacchus, Dictum volunt,
quod verbum & activè & Passivè significat, & idem est, quod furo-
re Bacchico agitari, affici & rapi; vel in furorem Bacchicum impel-
lere, concitare: Unde Bacchantes insani & furore perciti dicun-
tur. Vid. Joh. Casp. Sickeri Lexicon Graco-lat: & Lat. græc: ad vo-
cem βαῖνον & βαῖνον. Alii alias hujus vocis, aperi-
unt fontes, quos alias percontandos relinquimus. De Personâ po-
tius Bacchi solliciti sumus. Tradunt autem fabulæ Poëtarum quod
Bacchus fuerit filius Iovis & Semeles filiæ Cadmi regis Thebarum &
Harmonia seu Harmiones, quæ Martis & Veneris filia fuisse creditur.
Illa, postquam jovem pellegerat ad concubitum, gravida facta ex
eoq[ue] Liberum feti Bacchum concepisse dicitur. Quod crimen Ju-
no Soror & Conjuncta Jovis iniquo ferens animo Semelem hanc qui
perderet meditabatur. Persvalit ergo ei in vetulam conversa ut Jo-
vem Amatorem suum non alio, nisi quo ipse Junoni sua apparere
solitus, apparatu, ad cubile suum vocaret, ut auctoritas gravitasq[ue]
ejus, quam propter concubitum cum Iove prætendebat, magis con-
spicua redderetur. Hoc dum faceret infelix Semele, Iovis fulgu-
ra, tonitrua & fulmina sensit, quos tumultus æthereos cum cor-
pus eius mortale non ferret, igne consumpta atq[ue] deleta esse dici-

tur. Foetum autem (Bacchum, qvem utero gestabat) inde exemplum Jupiter, si (qvod Poëta addit) credere dignum est, ad complenda tempora materna femori suo inseruit. Unde & Bacchus Bimater & bis natus esse dicitur. Vid. hanc fabulam pluribus Circumstantiis descriptam ab Ovidio lib. 3. Metam. arg. 3. Conf. Hesiodi Theogon. p.m. 195. aliosque. Variis idem Bacchus a gentilibus insignitur titulis atque nominibus, qvæ paucis versibus comprehendit Ovid. Lib. 4. Metam. arg. 1. & explicat maximam partem Pylades l.c. Conf. Beccmannum de Originibus lat. lingvæ p. 273. Ut autem proprius ad rem accedamus, hunc Bacchum non modo vini, sed & zythi, Diod. Siculo teste, Auctorem & inventorem crediderunt, qvod scilicet vietum ejusq; culturam primus invenerit, & rationem generosum hunc potum præparandi posteris monstrârit. Hinc Deum vini & genialis uvae consitorem, non modò l.c. sed & alibi passim in vanitate mentis suæ eum dixerunt. Pro hoc autem beneficio hominibus præstito, qvòd maximè & ad delectationem & recreationem faceret, summo eum, dum vivit, affecerunt honore, ejusque inventum submissa semper animi veneratione exosculati sunt; mortuum autem, ut memoria tantib[us] beneficii perennis esset, in Deorum numerum eum retulerunt. Qvod ut publicè testatum facerent, non modò splendidissimis honorum titulis eum ornarunt, sed & inani cultu invocationis eum sunt prosequuti, imo festum in honorem ejus religiosa animi devotione celebrandum decreverunt, decretumque celebrarunt. Qvâ de re citatus Ovidius in fine Lib. 3. & initio 4. Metam: post alios, videri potest. Ritus autem qvibus in hoc festo Bacchanaliorum rite peragendo usi sunt Ethnici, à variis variè describuntur. Summa eorum huc redit: Post am Li- ber seu Bacchus in Arabiâ, qvòd cum exercitu suo protectus erat, à rege Lycурgo, cuius amicitiam sibi pollicebatur, rebus humanis exemptus esset, qvod Nonio, Plutarcho aliisque credimus, simulacrum ejus miro artificio efformatum erexerunt, idq[ue] maximâ venustate ac pulchritudine exornarunt, ut eò magis hâc ipsâ decepti homines adducerentur ad festum hoc dignè celebrandum. Maximè autem in hoc simulacro proprietates & effectus vini exprimere, & vivis coloribus ob oculos ponere laborarunt; fingebarunt enim & pingebatur illis Bacchus formâ juvenis, corpore tenero & delicato, virginem referente, unde & Virginis formam trahere, tenerique ac formosus Poëtis dicitur. Jam saepè adductus Naso ita de eo canit, Lib. 4. Metam. arg. 1.

Tibi enim incorrupta juventa,
Tu nuer eternus. Tu formosissimus alto

Conf.

*Conspicieris et lo, Tibi, cum sine cornibus adias,
Virgineum caput est.*

Hesiodus l. c. 25 *vocorū pūlo*, id est, aureo crine conspicuum appellat Bacchum. Ita autem eum delineantes id significarunt, quod is, qui vino læpe utitur, semper quasi juvenescat, & discussis tristitia nebulis forti præsentique animo sit. Qvā de re Ovid. de Arte Amandi Lib. I.

Cura fugit, multo diluiturq; mero.

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,

Tunc dolor & cura, rugaq; frontis abit.

Cum quo concinit Horatius Carm. Lib. 3. od. 21. vinilaudes commemorans.

Ta p̄em reducis mentibus anxiis.

Viresq; & addis cornua pauperi.

Et Tibul. I. 7. *Bacchus & agricola magno consecra labore.*

Pectora tristitia dissolvenda dedit.

Bacchus & afflictis requiem mortalisbus adserit,

Crura licet durā compede pulsa sonent.

Qvod etiam ipse Spiritus S. comprobat, qvando vinum cor hominis latificare dicit Psalm. 104. 15. Cornua quoque Baccho suo appinxerunt gentes, idque vel ideo, quod cornigeri Ammonis filius esset, vid. Diodor. Sicul. Lib. 3. Vel, qvod primus terram junctis bobus excollerit, vid: Joh: Bond. Comment. in Lib. 2. Od. 19. Carm. Horatii. Vel qvod vinum scilicet immodicè sumptum homines reddat feroce atque truculentos, ut in rixas atque contentiones quasvis facile proruant, magna s̄a pe s̄avitiâ belluarum instar adversus se invicem gravantes. Iuā de re Sapientissimus Regum Israel, Salomon juxta versionem Junn. & Trem. ita loquitur. Prov. 23. 29. 30. *Cui va? cui Ebeu? cui contentiones? cui loquacitas? cui vulnera impunē? cui rubor oculorum est? immorabitus apud vinum, euntibus ad investigandum vinum mixtum. Porro caput Bacchi fasciis multisq; ligamentis constrinxerunt (innuentes forte), multo lyzeo madefactos intensissimum postea capitis dolorem persentis cere, ut, ne rumpatur, metuant) pretareaque variis floribus uvarumq; racemis exornarunt, quia scilicet homines ex interrato vini haec qu florentes quasi & candentes videri solent &c. Hoc Bacchi simulacrum nudum planè, etiam quoad ea membra, quæ ipsa cura tecta esse voluuntur, currui, quem tigres traxerunt, impositum Bacchantium, id est festum Bacchi celebrantium turba sequuta est, tumultuario planè ordinata, nūc aut sexus aut status aut ætatis respectu habito. Proh! qui hic clamor, boatus, ululatus, quibus Baccho suo*

ſuo accinebant, quæ vociferationes aſtra ferentes auribus percipie-
bantur, quæ gesticulationes, ſalutationes maximè laſcivæ, quæ co-
millationes, compotationes, quæ ſcandala ac imagines obſcenæ
oculis conſpiciebantur, quæ veneficia, quæ cædes, quæ ſtupra, imo
quæ nefanda hic patrabantur! Conveniebant ad hæc ſacra, ma-
ximè noctu, Viri mulieresque, adolescentes Virginēſque nuda-
ri, caput femorāque pampinis & uvarum racemis cincti, ſicque te-
rrimam ſuam inter tympana & cymbala horrendoque ululatus, ut
vox qviritantis audiri non posset, exercebant libidinem, nec deli-
ſtentis hæc in ſolemnitate ſuā priusquam natura omnes ipsiſ vires de-
negaffet, iſique ut amentes exanimesque planè procumberent.
Summa: qvicquid ſceleſtum, ſeclum, impium & ab honeſtate re-
motum eſt, id in hoc festo gentiles peragendo ſuo immolabant Bac-
cho. Vid. Theodoret. Lib. 3. cap. 5. In Ægypto autem & Jndiâ hoc fe-
ſtum primū celebratum eſſe ſcribitur, indeper Melampum Amy-
thaonis filium, quod ex Polyd. Virgil. conſtat, in Græciā delatum,
ibique prodibant in publicum amphoram vini & palmitem gestantes
facie tegumento papyraceo obductā, hederā & corymbis coronati;
utqve eō magis prava in hominibus libido concitaretur, iiqve hoc
ipſo promptiores paratores que redderentur, ad festum hoc rite
peragendum, ex instituto Melampi ſpurcissimam Veneris imaginem
cum cantu & organis circum ferebant, omnibusque conficien-
dam dabant. Tandem in Hetruriā & ſic quoque Romam hoc
malum venit, ibi que ſummo ſtudio magnâque cum voluptate pri-
mum à mulieribus, dein quoque viris per omnis generis ſcelera at-
que flagitia eſt celebratum, adeo, ut nullum unquam tantum tam-
que latè patens malum Livio Lib. 39. dec. 4. iefe, in Republicā Ro-
manā cognitum fuerit, quām hoc ipsum; quare & tandem à
Senatu animadverſum, legeque ſeveriſſimā prohibitum eſt. Hæc
ergo ſunt illa gentilium Bacchanalia ſeu Orgia, hæ ſolemnitates illæ
Baccho dicatae; dignus ſanè tali Deo Religionis cultus, qui nihil
habet præter impuritatem, vitia atque peccata. Si enim Baccha-
nalia dixeris, omnem impietatem, nequitiam malitiāque dixeris,
quo ſenu & ipſe Juvenalis hanc vocē acceptam vult quando ait: Sat. 2.

Qui curios ſenunt Bacchanalia vivunt.

Quis ergo ſanæ mentis homo, ne dicam Christianus, iis delectaretur,
nec ea potius aversaretur detestareturque? quis, niſi totus à Spiritu
illo impuritatis obſeffus & agitatus, Bacchantibus ſe jungere, cum
hæc eorum vita non modò revelato, fed & naturali luminiè diame-
tro ſit contraria? ipſa enim ſana ratio nobis diſtitat, illa vita, in
qui-

qvibus Bacchantes se turpiter volant, cane pejus & angue cuivis
ingenuo homini vitanda esse; quis ergo contra rectæ rationis Dicta-
men ageret? Nos meritò, C. O. Qui à Patre Luminum idonei facti
sumus ad participandam Sortem Sanctorum in luce, quig, eripi sumus ex
potestate tenebrarum ac translati in regnum filij Dei Col. I. 12. 13. Cum hi-
scē tenebrarum operibus nihil commercii habemus, Nox enim gen-
tilissimi processit, dies autem Christianismi nobis appropinqueavit; abiciamus
igitur opera tenebra, um & induamur babitu, qui luci conveniat, ut in erdia
compositè ambulemus, non in comestationibus & ebrietatibus, non cubilibus
ac lasciviis, non lite & incidiā, sed induamus Dominum Jesum Christum, nec
carnis curam habeamus ad explendas cupiditates. Rom. 13. 12. seqq. Illuxit
enim nobis hęc Salvatoris gratia Dei erudiens nos ut abnegatā impietate &
mundanis cupiditatibus temperanter, justè & pię vivamus in præsenti seculo.
Tit. 2. II. 12. Maximè autem impellat nos ad impios hosce Bacchan-
tium ritus detestandos ac fugiendos, contrà verò ad sobrietatem ac
temperantiam aliasque Christianas virtutes exercendas præsens tem-
pus, quo jejunium quadragesimale dulcissimi Salvatoris nostri rite
celebrat Ecclesia, seqve ad meditandam Passionem & mortem ejus
seriā pœnitentiā præparat. Qvam indignum & iniquum esset
jejunante Domino servum gulæ litare, eodemque contristato, affli-
cto, contumeliam doloresque vehementissimos sentiente, agonizan-
te, imo moriente, letari, in deliciis ac voluptatibus vivere. Non decet,
inquit Bernhardus de Pass. Dom. membrum delicatum esse sub capite cru-
cifixo, nec ad capiti corpus se indicat per inire membrum, quod capiti com-
passum non fuit. Vini iamur ergo vinculis passionis boni Jesu, ut etiam vin-
culis Charitatis cum eo vinciri possimus. Ipse vel vinculis charitatis devin-
ctus ad suscipienda vincula passionis, de cælo tractus in terras, nos è contra-
rio, qui de terris trahi desideramus ad culum, prius passionis vinculum no-
stro capiti colligimus, ut per hoc ad charitatis vincula pertinentes unum effi-
ciamur cum ipso. Nos sumus servi, nos sumus membra Christi, pa-
tiiamur ergo cum eo paciente, lugeamus cum eo lugente, moriamur
cum eo moriente, & jejunemus cum eo jejunante. Memoria cru-
cifixi crucifigat in nobis omne carnis desiderium. Tanta enim (qvod
Orosius habet super Epist. ad Rom. lib. 6., est vis crucis, ut si ante oculos
ponatur (absit tamen hic omnis superstitionis, & idolatriæ suspicio)
& in mente fidelium habeatur, ita ut ipsam mortem Christi intentis oculis
mentis adspiciat, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla supera-
re possit invidia; sed continuò ad ejus presentiam totus ille peccati & carnis
jugatur exercitus. Moriamur recordando Passionem & mor-
tem Salvatoris nobis ipsis, scilicet peccatis & concupiscentiis pravis
quæ

qua in nobis habitant, moriamur mundo ejusque voluptatibus, cum
Jesus maxima cordis nostri voluptas dolore afficitur, ubi Princeps no-
ster (verba sunt Cassiod. super Psalm 50.) canta afflictione sua plangit, quis
illo flente non ficeret? quis illo dolente non gemeret? Hoc si pie intendi-
mus jejuno & sobrietati vita primum studeamus necesse est, hinc
enim præsens tempus dicitur Fast-Nachten, quod scilicet in eo tempe-
rantia, non vero luxurie indulgere debeamus. Absit tamen a nobis,
ut cum supersticio Pontificiorum choro quadragesimale illud,
jejuniū ad exemplum Christi 40. dies & noctes jejunantis institu-
tum probemus; Qvod enim ad Christi jejuniū attinet, in aprico
positum est, illud miraculosum & planē singulare, nobisque imitatu
prorsus impossibile esse, Christus enim intra 40. illos dies nil que-
quam conmedit Luc. 4. i. quis autem in hoc eum imitari potest? Nec
uspiam legimus, talem a cibis abstinentiam, quam prætendunt pon-
tifici, nobis esse mandatam; est ergo illud frivolum & vanum jeju-
niū, est cultus electius, quo frustra Deus colitur Matth. 15. 6. Ad
facta enim Christi non adstringimur, nisi accedat mandatum. Interim,
quod sèpius dixi, jejuniū Christi perpetuæ sobrietatis & tempe-
rantiae nos admoneat, ne graventur corpora nostra crapulâ Luc. 21.
34. ut ad opera vocationis & pietatis exercitia simus paratores &
vigilatores. Est enim jejuniū grande bonum (Verba sunt Chrysost. Hom.
i. in Matth.) Orationem juvat, mentem purgat, sensum subelevat, carnem
spiritui subicit, cor contritum facit, concupiscentiae nebulas dispergit, libi-
dinum ardore extinguit, castitatis verò lumen aëcendit. Nec tantum cor-
pore sed & animâ jejunemus, nam nil juvat, inquit Augustinus, jejunare
corpore si anima innumevis malis si repleta magnum contra & generale jeju-
niū est, eodem adserente, absinere ab iniquis aëbus & illiciis bujus mundi
voluptatibus. Absint ergo a nobis, qui Christiani vocari volumus,
qua vel speciem Bacchanaliorum supra dictorum habent: Absint
omnes tumultus & discursationes, omnes Clamores & boatus tam
diurni quam nocturni, omnisque, quibus corporis voluptatem testa-
ris solemus, signa, tempus enim hos, verba sunt Augustini, quo passio Do-
minie celebratur, tempus gemendi est, tempus flendi, tempus confundi & de-
preandi. Absint omnes compotationes, omnisque vita luxuriosa.
Dominus jejunat, Vae ergo surgentibus summo mane, ut potum inebrian-
tem sedetur, prorogantibus ad crepusulum usq[ue] ad, ut vinum incendat ipsos,
In quorum conviviis est Cithara ac Nabilium, tympanum tibiag ac vinum
opus aum jehovie non intuentur, & factum manum ejus non considerant.
Ez. 5. 11. i. Vae valentibus potare vinum. E strenuis ad miscendum potum in-
ebrianiem v. 12. Dominus dirissimam passionem ignominiosissi-
mam.

mamque mortem subit, *Vt ergo iis qui impleri sunt, nam esurient, ut iis qui nunc rident, nam lugebunt atque flebunt.* Luc. 6.
25. Absint omnes gesticulationes, omnesque libidinem excitantes choreæ, non enim nunc gesticulandi aut saltandi, sed ad genua Christi procumbendi, ejusque vulnera adorandi tempus est. Absint omnes rixæ & contentiones, absint omnia scandala atque peccata, imo, apud nos ne audiantur quidem, ut ut enim semper quidem Sobrietati atque Sanctitati studere convenit Christianis, tamen hoc tempore, quo quanto pretio redempti simus quantumque pro nobis redimendis Redemptor sustinuerit laborem quotidie edoceatur, maximè id fieri debere, quis negabit? At proh! multi sunt etiam inter nos Christianos, qui hoc vix ac ne vix quidem animadvertisunt, qui Bacchantis turbæ Ethnicæ insaniam ex orco quasi revocare & vitâ suâ exprimere, imo ipsis Ethnicis longè deteriores se præstare non erubescunt. Sed malo id Theologi cuiusdam celeberrimi Dn. D. Joh. Affelmanni verbis, quæ habet in programmate quodam anni 1617. quām meis exprimere, ita autem ille: *Quid apud plerosque hisce temporebus obineretur in hac mundi Gviorum sentina, ubi jejuniu Christiano Bacchanaliorum celebrationem multis parasangis preferri res ipsa ostendit, quæ, si forte unum illud de phallis excipias, ab omnibus nostri temporis gentiles, à quibus hoc festum constat esse mutuatum, superari, verè dixeris. Gentiles lè et in sancte gesserint, Bacchanalia tamen celebraturi, plerique utebantur ritu perpetuo, nobis variis sunt, imò innumeris. Gentiles quo annis unum huic festo diem assignabant, quibusdam in locis tertio quoque anno tantum semel celebrabant, nos non biduo vel triduo acquiescimus, sed unam atque alteram septimanam huic idololatriam. Gentiles clamore, potatione utebantur, nos nibil borum omittimus, multos ex iis superamus, imo omnes, quantum maximum luxum & variis in convivia, aleam, saltationes, sumptus, quos non iuxta magnos in Diabolici hujus festi celebrationem gentiles impendiisse historiarum periti facebuntur. Gentiles melius edocet non erant, imo sic coli Deos suos putabant, quod si unum Deorum suorum hoc modo offendii scivissent, haud quaquam fecissent, nos hæc vita genere Iehovam offendiculum apprimere tenemus, id est ex verbo Dei doceamur, Antiochum, Comites Hobenloënses & complures alios, quos Dn. D. Gesnerus oratione de Bacchanaliis recenset, in medio vesania hujus actu ultricem omnipotentis Dei dextram sensisse, & ad ineeritum descendisse sciamus, ijsq; sese ire divine signis moneamur, elata tamen manu & aperto capite peccare pergitus. Hæ & similes Virorum Dei querelæ ne apud nos, nunc temporis quoque audiantur C.O.O.H. summo studio cavete,*
P.P. Dom. Quinqv. A. 1656. Sub Sigillo Rectorali



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734943628/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734943628/phys_0011)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734943628/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734943628/phys_0012)



quæ in nobis habitant, moriamur mundo ejusque
 Jesus maxima cordis nostri voluptas dolore affic-
 fier (verba sunt Cassiod. super Psalm 50.) tanta afflic-
 tio flente non fletet? quis illo dolente non gemeret?
 mus jejunio & sobrietati vitæ primū studeam
 enim præsens tempus dicitur Fast-Nachten/qvod
 rantiæ, non vero luxurie indulgere debeamus.
 ut cum superstitione Pontificiorum choro quæ
 jejunium ad exemplum Christi 40, dies & nocte-
 tum probemus; Qvod enim ad Christi jejunium
 positum est, illud miraculosum & planè singulari-
 prorsus impossibile esse, Christus enim intra 40
 qvam conmedit Luc. 4.1. qvis autem in hoc eum
 uspiam legimus, talem à cibis abstinentiam, qua-
 tificii, nobis esse mandatam; est ergo illud frivo-
 lium, est cultus electius, qvo frustra Deus colli-
 facta enim Christi non adstringimur, nisi accedat ma-
 qvod saepius dixi, jejunium Christi perpetuæ
 rantiæ nos admoneat, ne graventur corpora n-
 34. ut ad opera vocationis & pietatis exercitia si-
 gilantiores. Est enim jejunium grande bonum (Verba
 13. in Matth.) Orationem juvat, meniem purgat, sen-
 Spiritu subicit, cor contritum facit, concupiscentiae
 dinum ardores extinguit, castitatis verò lumen acen-
 pore sed & anima jejunemus, nam nil juvat, inqui-
 corpore, si anima innume. i. malis sit repleta, magnum
 nium est, eodem adserente, abstinere ab iniquis cibis
 voluptatibus. Absint ergo à nobis, qui Christi
 qvæ vel speciem Bacchanaliorum supra dictor
 omnes tumultus & discursationes, omnes Cla-
 diurni qvam nocturni, omniaqve, qvibus corpo-
 risolemus, signa, tempus enim hos, verba sunt Au-
 minis celebratur, tempus gemendus est, tempus flendi,
 precandi. Absint omnes compotationes, omni
 Dominus jejunat, Vae ergo surgentibus summo m-
 tem scelerum, prorogantibus ad crepusculum usq; 23.
 In quorum conviciis est Cithara ac Nabis, tym-
 opus autem Jeboea non intueruntur, Et factum manu
 Es. 5.11. v. Vae valentibus potare vinum. Et strenuis a-
 ebrianiem v. 21. Dominus dirissimam passio-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.